

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt VIII. Fiduciam in petendo indicium esse exauditionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

## CAPUT VIII.

*Fiduciam in perendo indicium esse  
exauditionis.*

Hic modus perendi per immediatam Spiritus Sancti motionem, de quo cap. precedenti tractavimus, continet in se quamdam certitudinem & fidem vivam, quia si orat, firmissime credit DEUM esse poterissimum, sapientissimum, benignissimum, fidelissimum, euidentemque posse & velle facere ea pro quibus ipsum exoriat, ex quo resultat postulantis fiducia certissima, sed à DEO in hac oratione exaudiendum.

Quantu[m] ad imperrandum, variis in locis docet scriptura, u[er]o Marc. 11. *Habete fidem DEI.* Amen dico vobis, omnia quecumque orantes petitis, credite quia accipietis, & eventum vobis. Jacobi 1. Postule autem in fide nibil beatitatis: qui enim beatitatem non aspernit quod accipiat aliquid à Domino. March. 21. Amen dico vobis si habueritis fidem, & non habistaveritis si monti hunc dixeritis, tolle, & jactate in mare, sicut. Et omnia quecumque petieritis in oratione credentes accipietis. Ecclia fides toties in laetitia Scriptoris incuticata, habet pro filia primogenita fiduciam: cuius (dummodo adiunt altiae conditiones à sanctis Patribus requisiæ) tanta est efficacia, ut infallibiliter impetrat ea, pro quibus divina misericordia aures pullamus. De hac loquitur S. Johannes cap. 3, prime sue Epistola, cùm dicat: *Fiduciam habemus ad DEV' M: & quidquid petierimus, accipiemus ab eo.*

Hanc autem fidem, seu fiduciam, nemo sine speciali Spiritu sancti auxilio habere posset, ut de facto nonnulli experientur, qui aliquando sine ulla difficultate maximam fiduciam concipiunt, se à DEO exaudiendos pro aliqua re in oratione petita, quam tamen in alia illo modo concipere nequeunt, eti[am] totis virtibus in id incombunt. Unde patet illam non esse in nostra potestate, sed esse donum Spiritus sancti merita gratuitum, & privilegium gratis concessum. Et cùm DEUS vult nostras petitiones exaudiens, infundit nobis ferventissima perendi desideria, fidem vivam, ac fiduciam certam; & sic certissimum obtinemus ei pro quibus ipsum rogavimus. Quare universaliter sancti Patres hanc fidem seu fiduciam (de qua supra egimus) assertum esse certissimum indicium futurae impetracionis, ut bene adverteat Cassianus Collat. 9, cap. 31. his verbis: *Cum orantes nos nulla interpellaverint beatitatis, & fiduciam petitionis nostrae quadam desperatione dejecteris, sed obtemperare nos in ipsa oratione effusione quod possumus senserimus, non ambigamus preces nostras ad DEV' M effici aciter penetrasse.*

Hoc etiam indicium confirmat S. Bonaventura de Processu Relig. Processu 7. cap. 19. dum inquit: *Est & aliud modus revelationum per Spiritum sanctum, cùm homo ex DEI inspiratione orat DEV' M pro aliqua speciali causa propria, vel aliena, & per affectum devotionis & fiduciam exaudiens intellige se exaudiendam in hac petitione. E contrario, cùm non sentit sibi infundit fiduciam exaudiendam, intelligit se non habetur a effectu sua petitionis, sicut non sit in hoc omnino certus; qui a nefis, an hoc sit defectus devotionis, vel indicium negare petitionis. In utroque ramen aliquando quidam deverti inventur decepti: quia affricus hominis, ex desiderio rei quam diligit, cum de illa studiose cogitat bilaretur. & etiam cùm in villa prius erat devotione ad DEV' M, ita quod aliquan[t]o pro de-*

*fiderio illius rei facile provocaretur ad lacrymas, maxime si est res, que spectat ad devotionem qualemcumque sicut sepe etiam, cùm provana gloria qui optat gratiam bene prædicandi, vel prophetandi, vel maccula facienda, vel alius unde mirandus videretur agradientur delusum hujusmodiphantasmatis bilaretur, & in vanam affectionem pingue sit. Quantu[m] ergo magis cordis affectus exhibatur, & devotio affectu in se, cùm cogitat & optat quod desiderat, non ex levitate vel vanitate, sed ex maturitate & charitate, dum interim est in aliquo spiritus consolatione, quia facilis occasione potest per ampliora incitamenta devotionis sublevari, tunc confidens proprii spiritu loquitur, & putat loqui spiritum sanctorum. Hucusque Bonaventura.*

Ex hac sancti Doctoris præclara sententia videatur licet, quām sit facile in hac re decipi, & quām incerta sit omnis hujusmodi conjectura, iis praeterea qui exiguum habent rerum spiritualium notitiam. Infuper quām multas technas nobis ordinatur vanitas, devotionis regumento palliata, dum nobis persuaderet, ardens desiderium oculum exinfinitate nostrarum, à vera in DEUM fiducia profici.

Hac autem vera fiducia oriri solet ex vehementi impulsu DEI, quo ad postulandum nos moveat sentimus. Si enim liberissimum DEUS soleat dare nolle, quod petimus, numquam tantis geometris & suspicis, aut tanta fiducia ad petendum excitaret. Nam, ut recte D. Paulus ad Rom. 8. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secundum DEV' M postulas pro sanctis, hoc est, quia DEUS infundit nobis gemitus inenarrabilis, quibus ab ipso nobis salutaria petamus; ideo DEUS scrutator cordium approbat nostram petitionem ab ipso in nobis & per nos effusum. Et Augustinus ait: *Dominus noster IESU'S Christus inter nos petitor, & cum Patre dator, non utique nos tantum bortaretur ut peteremus, nisi dare vellet; & cùm ille hac forti inspiratione ad postulandum moveret, omnia ad obtinendum necessaria etiam donat.*

Hinc tibi salutare consilium colliges, cùm senseris te ab Spiritu sancto speciali impulsu ad perendum moveri, nullatenus omittendam esse tibi similem occasionem, sed instanter preces ad DEUM effundas nam, ut optimè Leo Papa scripsit: *DEV' M, quorum exeat mentes, adjurat actiones. Simili quidem DEI manente Jacob ad petendum excitatus, non solùm ab Angelo ferventer benedictionem postulabar, sed quasi ei vim inferens, ac cum eo luctant, ardenter expocebas: Non dimittam, aiebas, nisi bene dixeris mihi. Ad quam verò luctam à DEO ipso movebatur, provocabatur, quasi divinitus armabatur; ac denum hoc novo pugnandi genere contra DEUM in oratione prævaluit. Similem vim Moysis deprecatione ipse DEUS pati videbatur, cùm Exodi 32. quasi vincens clamabat: *Dimitte me, ut irascatur fur meus.**

Sancta virgo Terezia, ut in ejus Vita Episcopus Turtuñensis refert, cùm aliquando post Communionem coram cruenta Christi imagine genu flexa, ita aspectu illius imaginis ejus vilcera fuere commota, anteacta vita peccata recolens, ac statim divino ac vehementi spiritu sancti impulsu tacta, serventissime ad Christum ipsum pro vita & mortum mutatione intimis suspirans ac geminiibus clamaret, dicens: *Non discedam Domine ab hoc loco, nisi mihi concesseris habe, quam à te importunè postulo gratiam. Nec sine favore oravi: nam statim te fuit ex tenebris superioris vita quasi cri-*

Mira S.  
Teresia  
fides ag  
fiducia.

pi,

pi, ac in novam lucis regionem mirabiliter trans-  
ferti.

Hujusmodi praeceps orationibus DEUM fle-  
ti, ac veluti cogi doce Richardus in Cant. cap.  
25. his verbis: *Animat alii loquitur de anima con-  
templativa quedam postulata obtinet propter fidem  
sua magnitudinem, quedam propter profundam im-  
mitatem, quedam per importunitatem. Interdum  
devotione & immensi desiderii servore DEVM cogit,  
interdum DEVM sicut compositione verborum, &  
blanda fave causa locutione; interdum ostensâ justâ  
causa miserendi & ratione, super aliquibus postulatis  
consolationem accipit: super aliquibus revelationem,  
& nunc certam, nunc dubiam; interdum exaudiit am-  
se intelligit, sed modum nescit. Hac tunc. Ecce inter  
varias exauditiones causas ea annumeratur, quæ  
DEUM ipsius cogit,*

Quanto autem haec fiducia est major, tanto so-  
ller eile efficacior oratio. Nam, ut bene adverterit S.

Thomas 2.2. quest. 83. art. 15. ad 2. & in 4. distinct.

Doplex  
Oratio-  
nis valor.

15. quest. 4. art. 7. in Oratione duplex valor repe-  
nit. Primum est meritarius, qui in omni iustorum  
oratione locum habet, dummodo concurrent o-  
mnes conditioes ad meritum requiri. Alius  
refutat id quod perit; & iste potissimum fun-  
darur in fiducia, quam habemus nos fore à DEO  
exaudiendos; que quo major est, eò maiorem  
tribuit orationi nostre efficaciam. Fiduciam au-  
tem comitati solent, DEO sic agente, prærequi-  
ta omnia quæ in oratione imperatoria à Patri-  
bus desiderantur. Et quia fiducia est principalis  
conditio, & quæ alias sub se videtur comprehen-  
dere, id est fiducia Scriptura imperacionem attri-  
but. Prærequita autem sunt, ut in primis is qui  
exaudiit cupit, per ea que sunt sibi ad salutem  
necessaria, vel ad minus utilia: deinde etiam, ut  
pro seipso perit; nam oratio facta pro alio, non  
sunt esse ita efficax & apta ad impetrandum, sicut  
illa, que pro seipso fit: ac denique, ut perseveran-  
ter perat.

Nonnumquam vero peccatores, quando o-  
rari, peculiariter moventur a Spiritu sancto ad fi-  
ducialiter & secundum prædictas conditiones  
petendum, & qui taliter petunt, infallibiliter ex-  
audiuntur, ut multi ex sanctis Patribus affirmant,  
inter quos D. Augustinus *Tract. 44. in Ioan.* & *E-  
pist. 105. contra Pelag.* D. Thomas *quest. 83. art. 16.*  
Cajetanus *ibidem.* S. Bernardus *Serm. 4. de Qua-  
drag. & lib. Sententiarum veri.* *Diximus de generibus  
affectionum.* Abulensis in *Cap. 7. Matth. quest. 16.*  
& 17. & ali plures. Clarius haec rei argumentum  
præbent Publicanus ille Evangelicus, bonus la-  
tro, Maria Magdalena, qui brevissima (efficaci  
tamen, upone per Spiritum sanctum specialiter  
infusa) oratione fuerunt exaudiiti. Nam, ut S. Jo-  
annes Chrysostomus *Homil. 18. in Matth.* docuit,  
quando Christus dicit in *Evangelio.* Petere, & accipi-  
te, & si diversiter loqueris, tam de iustis, quam pecca-  
toribus. Nam cum imperatio funderet in sola  
DEI liberalitate & misericordia, non autem ius-  
titia, aut merito petentis, sic ut illa sit communis  
iustis & iustis.

Fatetur tamen, gratiam habitussem iusto-  
rum, per quam facti sunt amici DEI, multum  
conferre, ut illis frequenter hic modus orandi  
infundatur, & per illam disponi paulatim ad reci-  
piendâ hanc Spiritus sancti motionem, cuius bene-  
ficio fiducialiter pete, & possint ea, quæ sibi sunt ad  
salutem utilia; & hoc innuit *Apostolus Roman. 8.*  
cum ait: *Accipitis spiritum adoptionis filiorum, in  
quo clamamus: Abba (Pater.) ipse enim Spiritus testi-  
monium reddit spiritui nostro, quod sumus filii DEI.*

Quare miracula, quæ quandoque tam iusti quam miracula  
peccatoris operantur, sunt in virtute hujus fidei divina  
viva, seu fiducie; ut aperte docet D. Thomas de raspa  
Potent. quest. 6. art. 9. Et aliquando Sancti divinitas hu-  
tus certi de actuali hujus gratia seu doni particu-  
laris praesentia, ut scribit Gerlou de Bernardo, te hujus  
quem dicit divinitus certioratum fuille, quiescere  
aliquid miraculum à se patrandum erat. Error deinde,  
idem judicium ferre possumus de aliis Sanctis, duco  
quod scilicet, priuilegium aliquod miraculum o-  
perantur, aliquibus indicis huiusmodi gratia  
praesentiam agnoscere, & quasi (ut ita dicam)  
palpare. Nam aliquin, quis non diceret Pro-  
phe. am ELIA M transire DEUM, si in aliquo  
huius divinisimis doni ex exercitu, tam stupenda  
& insolita à DEO fieri postulasse: ut quod ignis  
de celo descendenter, ut non plueret per terram  
super terram: quod non solum ELIA, sed infiniti  
propemodum exemplis à Scriptura allata ve-  
nificari posse.

Hac Oratio, quam fides illa viva comitatur; Hoc  
est gratia gratis data, & particulae Spiritus sancti videntur  
donum, ab homine, quantumvis iusti, omnino grandis  
independens: nam si in illius poterit esse potest  
gratia state, infallibiliter & temper per orationem im-  
patet ea quæ velle. Et de hoc loquitur Augustinus  
Epist. 105. contra Pelagium, & aliis Sanctis, late  
quando dicens: Orationem esse gratiam gratis  
data. Neque enim potest dici haec divina Spiritus  
sancti motione (quæ fides illa viva, seu fiducia  
comitatur) lole: à libe: o hominis arbitrio depen-  
dere, cùm quotidie videamus quampluim in  
gratia constitutos, multis laboribus & ordinibus  
gratiae auxiliis nequissime actos harum virtutum ex-  
citere, cùm tamen facilissime alios reliquam  
virtutem, etiam supernaturales & eminentissi-  
mos elicant.

Neque oportet ut deterretur iustorum, aut  
peccatorum mentes à petitione, eò quod istam  
divini Spiritus motionem aut fiduciam non le-  
tiant: quia licet non tempore adiutus sita peculiari  
gratia, adhuc tamen habitus virtutis Religio-  
nis, quo excitantur, non sine speciali DEI auxilio,  
ad orandum. Et licet interdum non experientur  
in se illam singularem fiduciam, quæ ab Spiritu  
sancti motione procedit, obtinenti nihilominus  
ali quando ea quæ petunt, licet non ià infallibili-  
ter, sicut illi, qui haec Spiritus sancti peculiares mo-  
tiones excitantur: supplet enim DEUS aliquando  
aliquam ex conditionibus ad orationem præ-  
quirit, ac suā infinitā misericordiā nostras peti-  
tiones benignè facit: nam & *Ab. II. legimus*,  
DEUM exaudisse Cornelium antequam fidem  
explicitam, & veram Dominostri JESU Chi-  
sti nouitiam suis fecit adeptus. Constat igitur, non  
iusti, sed peccatores quam j. stos aliquando exau-  
dit, etiansi aliqua illarum conditionum, quæ ne  
Patribus desiderantur, careant. Præceps, permisit peti-  
tione in iustis maximè, est semper meritaria, ac eius  
miserissima, cùm per illam actus virtutis nobilissima, in-  
seculat Religio, & aliarum, quæ illam comi-  
tantur, eliciant. Imò paulatim per continuum pe-  
nitentia exercitium, ad recipiendum hoc super-  
naturalis Spiritus sancti donum magis disponun-  
tur.

Quare si non senserimus in nobis illam exau-  
ditionis fiduciam, sed possumus cor nostrum adhuc  
peccatorum spinam compunctum, in orando des-  
tituimus ideo animum abiciamus: nam quæ  
plures sunt aliae exauditionis cause, ut plenius  
Cassianus Collat. 9. cap. 34. profequitur, ubi enu-  
meratis aliquibus exauditionum causa, ultro o-

loco importuni aetem & perseverantiam in peten-  
do sequentibus verbis proponit. Videlis ergo, in-  
quit, quorū modis obtineatur ex auditio[n]is gratia, ut  
nullus ad impetranda ea que salutaria sunt & eterna,  
conscientia sue desperatione frangatur. Ut enim mi-  
seritatem nostrarum contemplatione concedamus, nos  
omnibus illis quas supra memoravimus, penitus desig-  
natos esse virtutibus, & nec illam nos habere laudabili-  
lem duorum confessionem, nec illam fidem granu fina-  
pi comparatam, nec illa pietatis opera, que Propheta  
describit: tamen vel importunitatem, que omni volen-  
ti suppediat, habere possumus: per quam etiam solam  
daturum se Dominus quidquid oratus fuerit, repro-  
misit. Et idcirco absque hesitatione infidelitate pre-  
cibus insistentium est, obtenturosque nos carum jugi-  
tate cuncta, qua secundum DEVM poposcerimus, mi-  
nime dubitandum.

Hortatur enim nos Dominus, volens ea qua sunt e-  
ternae eccl[esi]aque prestat, ut cum importunitate no-  
stra quodammodo coartemus, qui importunos non mo-  
da non despici, nec refutat, sed etiam invitat & lau-  
dat, eisq[ue] praestitum, quidquid perseveranter petie-  
rint, benignissime pollicetur, dicens: Petite & accipie-  
tis, querite & invenietis, pulsate & aperietur vobis:  
omnis enim qui petit accipit, & qui querit invenit, &  
pulsanti aperietur.

Exterum: Omnia quecumque petieritis in oratio-  
ne credentes, accipietis, & nihil impossibile erit vobis.  
Idcirco si cuncta nos exauditionum, quas prediximus,  
causa omnino deficiunt, saltem animet importunita-  
tis instantia, qua absque ulla vel meriti vel laboris  
difficilat, in cuiuscumque voluntate sit a eis potestate  
pro certo autem non exaudiendam se supplicans quis-  
que non dubitet, cum se dubitaverit exaudiri. Quod  
autem instar agibilis Domino supplicandum sit, etia  
illo beati Danielis docemur exemplo, qui ex auditu a  
prima die qua a capro & ore, post primam & vigesimam  
diem consequitur sua petitionis effectum. Vnde nos  
quoque non debemus a capro & orationum nostrarum in-  
tentione cessare, si nos exaudiret ardus sensimus; ne  
sorte aut exauditionis gratia dispensatione Domini u-  
tiliter differatur: aut Angelus divinus ad nos benefi-  
cium delatus à facie omnipotentis egressus, resisten-  
te diabolico demoretur, quem certum est transmissum à  
nobis desiderium inferre non posse, nisi nos à proposito  
petitionis intentione cessare repererit: quod etiam su-  
predicto Proprio procedibili accidere potuisse, nisi  
virtute incomparabili in primum atque vigesimum  
diem orationum suarum perseverantiam protelasset.  
Ab his igitur fidei conscientia nulla penitus despe-  
ratione frangatur, cum orationem nostram nos ob-  
tinuisse minime senserimus, nec besistamus super Domini  
sponsione, dicentes: Omnia quecumque petieritis in or-  
atione credentes, accipietis. Rertractare namque nos  
coquemus illam beati Ioannis Evangelista sententiam,  
qua ambiguitas hujus questionis evidenter ad solvitur.  
Hec est, inquit, fiducia quam habemus ad DEVM, quia  
quidquid petierimus secundum voluntatem eius, audiet nos. Ergo super his tantum plenam nos & indubitabi-  
lem iustit exauditionis habere fiduciam, que non no-  
stru commoda, nec solatius temporalibus, sed Domini  
congruent voluntati.

Has quoque varias exauditionum causas supe-  
rius ex venerabilis Richardo exposuimus. Quare  
optimè D. Bernardus Serm. 5. Quadragesima hoc  
proposito docuit: nullam feret orationem fieri sine  
fructu. Nemo, inquit, Fratres, vestrum parvipendat  
orationem suam. Dico enim vobis, quia ipse ad quem  
oramus non parvipendit eam: priusquam egressa sit ab  
ore nostro, ipse scribi juber eam in libro suo: & unum

Thom. à Iesu Oper. Tom. II.

in dubio, anter e duobus sperare possumus, quoniam aut  
dabit quod petimus, aut quod noverit nobis esse utilius.  
Nos enim quid oremus, sicut oportet, nescimus; sed mis-  
seretur ille super ignorantiam nostram, & orationem  
benigne suscipiens, quod nobis aut omnino non est utilis,  
aut non tam citò dari necesse est, minime tribuit, ut  
ratio tamen instructuosa non erit. Hac ille.

Complet denique justi per hanc orationem  
præcepit Dominicum, q[uo]d omnes orate jube-  
mur: non ut semper obvincamus ea que petimus,  
sed ut petamus: nam cum DEUS paterna habeat  
viscera, numquam postulationes nostras inane  
sint abire; qua cum fiducia illi, de qua sumus lo-  
cuti, innituntur, infallibiliter exaudiuntur à Deo;  
si vero illa desit, licet non infallibiliter, sep[tem]bra-  
men pro DEI benignitate & misericordia exau-  
diuntur.

### C A P V T IX.

#### Effectus Orationis divina & superna- turalis.

**S**ANCTUS Bernardus variis locis suavissime (ut  
solus) nonnullos effectus explicat, quos in a-  
nimabus nostris producit intus ille Spiritus  
sancti influxus & præsenzia, quam hic nomine  
Orationis infuse supernaturale intelligimus, præ-  
cipue tamen Serm. 66. in Cant. his verbis: Si senso  
aperi mihi sensum, ut intelligam Scripturas,  
aut sermonem sapientie quasi ebullire ex intus, aut  
infuso tunc de super revelari mysteria, aut cer-  
te expandi mihi quoddam largissimum cali gremnum,  
& uberiori de sursum influere animo meditatio-  
num imbrez non ambigo Verbum adesse. Verbi signi-  
ficatione he copie sunt, & de plenitudine ejus ista accipiuntur.

Et infra: Quantu[m] p[otes]ta ex hac mansione inter ani-  
mam & Verbum familiaritatis gratia oratur: quan-  
ta de familiaritate fiducia? non est, ut opinor, quod  
jam talis anima dicere vereatur: Dilectus meus mihi,  
& ego illi.

Et ne putaremus hanc Verbi præsentiam esse  
continuam, audi eundem Bernardum Serm. 74. in  
Cant. dicentem: Dicamus Verbum Dei Deum. Ipon-  
sion anima prout vult venire ad animam, & iterum  
dimittere eam, tantum ut sensu anima, non Verbi mo-  
ra, ita fieri sentiantur. Verbi causa, cum sentir gratia,  
agnoscit presentiam; cum non absentiam: queritur,  
& rursus presentiam querit.

Eiusdem: It & redit pro beneplacito suo, quasi visi-  
tans diluculum, & subito probans illum, & per buju-  
modi vicissitudines euntis & redentis Verbi, experi-  
tur anima in se fieri, quod dicit: (Joan. 14.) Vado, et  
venio ad vos, & alibi: Modicum et non videbitu me; et  
iterum modicum, et videbitu me. (Joan. 16.)

E paulo inferius: Quaris igitur, cum ita sint om-  
nia investigabiles via ejus, unde adesse norim. Virum  
& officia est, moxque ut m[is]s[us] venit, expergesci dor-  
mit antem animam meam: movit, & molivit, vulne-  
ravit cor meum, quoniam durum lapidatum erat, &  
male sanum; caput quoque evellere & destruere, adsi-  
care & plantare, rigare arida, tenebrosa illuminare,  
clausare serare, frigida inflammare, nec non & mit-  
tere prava in directa, & aspera in vias planas, ita ut  
benediceret anima mea Domino, & omnia que intra  
me sunt nomini sancto ejus. Hac Bernardus. Ex qui-  
bus facile est intelligere effectus orationis super-  
naturalis, omnes quidem dimanantes ab ista mo-  
tione Spiritus sancti, quam hic S. Bernardus vo-  
cat visitationem sponsi.

T

Non